

expedita reperiantur ad illorum quorum interest instantiam, ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per ejus Officiales, quibus hujusmodi tenores, & formas restringere convenit, ad formas debitas reducenda.

*De Regulis Cancellariae producendis.*

28. Item attendens D. N. Papa, quod super habendis de Cancellaria Apostolica Regulis, & Constitutionibus inibi descriptis faciliter per eos qui in Romana Curia indigerint, ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest, nec consultum foret, quod super earumdem Regularum, & Constitutionum (quae juxta varietatem concurrentium causarum, & negotiorum aliquoties immutari convenit) probando tenore, vel effectu testium plerumque tenacem desuper memoriam non habentium depositionibus flari deberet, voluit, statuit, & ordinavit, quod deinceps quilibet ex Auditoribus causarum Palatii Apostolici, & aliis (etiam si S. R. E. sint Cardinales) in ipsa Curia pro tempore deputatis auctoritate Apostolica Judicibus, etiam in causis actu pendentibus super hujusmodi tenore, vel effectu probando duntaxat stet, fidemque adhibeat schedulae, seu scripturae desuper à duobus Majoris Praesidentiae, quod danda sit à tergo signatae, & etiam à duobus aliis litterarum Apostolicarum Abbreviatoribus in ipsa Cancellaria auctoritate, & Vicecancellarii, seu dictam Cancellariam Regentis manu subscriptae, ut moris est; quidquid autem secus fieri contigerit, nullius sit roboris, vel momenti.

*De Subrogandis Colligantibus.*

29. Item D. N. cupiens litium succidere infractus, & ne novi colligantibus adversari denatur, providere, voluit, statuit, & ordinavit, quod quoties deinceps aliquem super quovis beneficio Ecclesiastico colligantem in Jure, vel ad jus, si quod forsitan ejus adversario in dicto beneficio competierit, subrogari contigerit (dummodo praedictus colligans in dicto beneficio irritus non fuerit, nec super eo contra dictum adversarium postquam illud per triennium pacifice possiderit, lis tunc mota fuerit) aliorum quorumlibet de praemisso Jure, sive tunc vacet, vel cum vacaverit impetrationes, vel concessiones etiam Motu proprio infra mensem ante concessionem hujusmodi factae nullius sint roboris, vel momenti. Et nihilo minus cupiens eorum fraudibus obviare, qui ventium beneficia illorum praeserim, quibus, aut propter senium, aut propter infirmitatem immineret vitae periculum impetrant, ut illis decedentibus tanquam Colligantes in eorum Juribus facilius subrogentur; Voluit, ut deinceps nullus in Jure, vel ad Jus in beneficio defuncti, quod illo vivente in casibus praemissis, vel similibus impetraverit aliquo modo subrogetur, ac subrogatio, vel gratia, si neutri, si nulli, seu Novae provisionis, aut Perinde valere, taliter impetranti nullatenus suffragetur, quod etiam strictissime observari mandavit in impetrationibus beneficiorum per privationem, & amotionem ex quibusvis criminibus, & excessibus forsitan perpetratis, etiam usque ad diffinitivam sententiam, quae tamen in rem non transierit judicatum, processum foret.

*De verisimili notitia.*

30. Item voluit, & ordinavit, quod omnes gratiae, quas de quibusvis beneficiis Ecclesiasticis cum cura, vel sine cura saecularibus, vel regularibus per obitum quarumcunque personarum vacantibus, in antea fecerit, nullus roboris, vel momenti sint, nisi post obitum, & ante Datum gratiarum hujusmodi tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipsae de locis, in quibus personae praedictae deceaserint, ad notitiam ejusdem S. D. N. verisimiliter potuerint pervenisse.

*Non valeant Commissiones Casuarum, nisi Litteris expeditis.*

31. Item quod omnes, & singula Commissiones casuarum, quas in antea fieri contigerit, obtentae, vel occasione concessionum duntaxat Apostolicarum, de beneficiis Ecclesiasticis gratiarum, super quibus litterae Apostolicae concessae non fuerint, ac processus desuper habendi nullius sint roboris, vel momenti.

*De impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium.*

32. Item voluit, quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicujus Cardinalis tenetur exprimere nomen, & titulum ipsius Cardinalis, si ille in Curia fuerit, ipsius ad id accedat assensus, alias desuper gratia sit nulla, & idem servari voluit, si Cardinales quomodolibet ab ipsa Curia absentes, & ubilibet etiam in locis infra duas dietas vicinis degentes, familiamque, & lares in eadem Curia retinentes ab ipsa Curia recesserint ad eandem illi reverteri, & infra decem, vel ad summum quindecim dies verè, & personaliter reversi fuerint. Ita quod Cardinalibus aliis quam, ut praesertim ex quacunque causa quantumbet necessaria, & hic necessario ex primenda absentibus facultas praestandi consensum hujusmodi non competat, sed beneficia hujusmodi ad liberam Sanctissimae Suae, & Sedis Apostolicae provisionem, & dispositionem pertineant. Declarans Regulas, & Constitutiones suorum Praedecessorum, etiam à die earum editionis, & publicationis super assensu hujusmodi praestando sic intellectas, & intelligendas fuisse. Irritumque &c. attentari decernens. Quodque si praedicti familiares eorundem Cardinalium familiares esse desierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similem transferant quoad beneficia, quae familiaritate priorum durante obtinuerint, & in quibus, vel ad quae priorum ipsa familiaritate durante Jus eis competierit, Cardinales quorum prius familiares fuerint suum habeant adhibere consensum. Declarans praesentem Constitutionem locum non habere in illis beneficiis, quae familiares ipsi, tempore obitus eorum in dicta Curia, vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuerint, & ratione Officiorum per eos obtentorum dictae dispositioni generaliter relevatae, vel affectae fuisse apparenter. Nec non illos quoad effectum dictae Constitutionis familiares eorundem Cardinalium censei, qui ipsorum Cardinalium familiares continui commensales ad minus per quatuor menses, computato etiam tempore ante promotionem ad Cardinalatum, fuisse probarentur. Decernens irritum &c.

*Super eadem familiaritate.*

33. Item D. N. ad evitandas lites, & contentiones, quae ex praecedenti sua Constitutione exoriri possent, vestigiis Praedecessorum suorum inherendo, voluit, statuit, & ordinavit, quod si beneficia, quae per obitum familiarium continuorum Commensalium eorundem Cardinalium, in futurum vacabunt, cessantibus Apostolicis reservationibus ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta praecedenti Constitutione non comprehenduntur, quod hoc, ut in provisionibus talium beneficiorum super expeditione litterarum illius Cardinalis, cujus familiaris defunctus ille extitit, consensus requiri debeat. Sed beneficia hujusmodi ad collationem, seu quavis dispositionem Cardinalis Ordinarii Collatoris, ut praesertim liberè spectare censeantur. Et si apud Sedem Apostolicam beneficia hujusmodi per obitum dictorum familiarium vacaverint; tunc in provisione talium beneficiorum, super expeditione litterarum, illius Cardinalis exigatur consensus, si in Romana Curia praesens fuerit, ad quem eorundem collatio, & dispositio, praesertim, pertinere deberet. Ita ut Cardinalis Ordinarius Collator, in concursu cum Cardinali Patrono semper praesertim debeat, falsis tamen semper indultis concessis, & concedendis eidem S. R. E. Cardinalibus. Decernens irritum &c.

*Signatura per Fiat praesertur alteri per Concessum.*

34. Item voluit idem D. N. quod concurrentibus eadem die super quocunque beneficio per Fiat, & concessum signaturis, ex eis per Fiat etiam, ut petitur habens alteri per Concessum etiam Motu proprio habenti praesertur etiam si in illa per Concessum praegnantiores, & quantumbet privilegiatae essent clausulae.

*De Annali Possessore.*

35. Item S. D. N. ut improbi lites exquirentium motus reprimerentur, voluit, statuit, & ordinavit, quod quicumque beneficium Ecclesiasticum tunc per annum immediate praecedentem pacifice possiderit, & quod certo modo vacare praetenditur, deinceps impetraverit, nomen, gradum, & nobilitatem possessoris ejusdem, & quot annis ipse illud possiderit, ac specificam, & determinatam, ex qua clarè poterit constare, quod nullum ipsi possessori in dicto beneficio jus competat, causam in hujusmodi impetratione exprimeret, & infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium evocari facere causamque ex tunc desuper infra annum usque ad sententiam diffinitivam inclusivè prosequi debeat, & teneatur. Alioquin impetratio praedicta, & quaecunque inde sequuta nullius erunt firmitatis. Et idem impetrans de damnis, & interesse possessorem praedictum propterea contingentibus ei satisfacere, & si possessorem ipsum injustè, frivole, & indebitè molestare repertus extiterit, quinquaginta florenos auri persolvere Camerae Apostolicae sit adstrictus, nec alius quam praemissa vacationis motus etiam per litteras si neutri, aut subrogationis aliis sibi quoad hoc, ut beneficium hujusmodi ea vice consequi, aut obtinere valeat quomodolibet suffragetur, illudque nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur. Quod

etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia Ecclesiastica quocunque qualitatibus per privationem, & amotionem, vel alias propter commissa excessus, & crimina vacantia, vel vacatura, & similiter ad impetrantes beneficia tanquam vacantia per devolutionem.

*De Trienniali.*

36. Item statuit, & ordinavit idem D. N. quod si quis quocunque beneficia Ecclesiastica quacunque sint absque simoniaco ingressu, ex quovis titulo Apostolica, vel Ordinaria collatione, aut electione, & electionis hujusmodi confirmatione, seu praesentatione, & institutione illorum, ad quos beneficiorum hujusmodi collatio, provisio, electio, & praesentatio, seu quavis alia dispositio pertinet, per triennium pacificè possiderit (dummodo in beneficiis hujusmodi, si dispositioni Apostolicae ex reservatione generali in corpore Juris clausa reservata fuerint, se non intruserit super eisdem beneficiis taliter possessis molestari nequeat, nec non impetrationes quilibet de beneficiis ipsis sic possessis factas, irritas, & inanes censei debere decrevit, antiquas lites super illis motas penitus extinguendo.

*De non appellando ante Sententiam diffinitivam.*

37. Item idem D. N. ut finis litibus celerius imponatur, & litigantium parcat sumptibus, & expensis, suorum Praedecessorum Constitutionibus, & statutis inherendo, statuit, & ordinavit, quod in causis pendentibus, & quas impostum contigerit agitari, nulli ante diffinitivam sententiam liceat appellare, nec appellatio, si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab interlocutoria, quae vim habeat diffinitivae, vel à gravamine minime concernente negotium principale, quod non possit per appellationem à diffinitiva sententia reparari. Nullaque causa appellationum committatur, nisi in commissione exprimat, quod interlocutoria vim diffinitivae habeat, vel gravamen sit tale, quod in appellatione à diffinitiva non valeat reparari. Alioquin appellationes, & commissiones imposterum, & quidquid inde sequutum fuerit, nullius sint roboris, vel momenti, commissionibus appellationum jam Judicibus praesentatis, & exhibitis in suo robore permanentibus, in quibus latis super eisdem sententiis, secundò, vel ulterius ab eis non liceat appellare. Appellantes verò, & appellationes, etiam ab interlocutoris, & gravaminibus hujusmodi, suo, vel alterius nomine prosequentes, si succubuerint, ultra expensas, & damna, ad quae reficienda de Jure condemnatus compellitur, viginti florenorum auri poenà multetur.

*Non stetur Commissioni post Conclusionem.*

38. Item statuit, & ordinavit, quod in Commissionibus de iustitia, seu mandatis etiam Consistorialibus per eum, seu de ejus mandato, vel auctoritate in causis, in quibus conclusum existat, imposterum concedendis, etiam in eis de conclusione hujusmodi implicite, vel explicitè mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessionem hujusmodi Commissionis, eidem conclusioni, ac praesenti regulae, derogetur expressè.

*De litteris Religiosorum expediendis.*

39. Item voluit, & ordinavit, quod si aliqui Reli-

142 Regulae, Ordinationes, & Constitutiones Cancellariae &c.

Religiosi petunt aliquod Beneficium ad nutum amovibile cum clausula: quod exinde solo nutu Abbatis, vel Superioris amoveri non possint, litterae quoad ipsam clausulam nullatenus expediantur, nisi idem D. N. ponat in Signatura, quod non possit amoveri, vel ad partem clausulam ipsam concedat.

De clausula ponenda in litteris permutacionis Beneficiorum.

40. Item si committatur alicui beneficium resignacionis recepto, ponatur clausula; Attente quoque provideas &c. Et si ex causa permutacionis fiat, ponatur clausula, Quod neuter permutantium jus acquirat, nisi quilibet ipsorum jus habuerit in beneficio per ipsum resignato.

De supplendis defectibus.

41. Voluit, quod si petatur suppleri defectus in genere, nullatenus litterae desuper concedantur, nisi in petitione desuper hujusmodi defectus exprimantur, vel per, Fiat, ut petitur, supplicatio signata fuerit.

De derogatione Jurispatronatus.

42. Item voluit, quod super quovis Beneficio Ecclesiastico de Jurispatronatus laicorum non expediantur litterae, nisi ponatur expressè, quod tale beneficium tanto tempore vacavit, quod ejus collatio ad Sedem Apostolicam legitime est devoluta, vel quia tempus Patroni laicis ad praesentandum, à Jure praefixum lapsum existat, aut ad id Patronorum ipsorum accedat assensus. Et si per ipsum Jurispatronatus hujusmodi derogari contigerit, Jurispatronatus hujusmodi mentio, diffinitive, ac specificè, & determinatè mentio, diffinitive, ac specificè, & determinatè mentio, non autem conditionaliter fiat, si illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat. Et si de hoc in litteris provisionis, vel mandato de providendo de dicto beneficio, simili mentio facta non fuerit, non censetur quomodolibet derogatum.

De Commendis.

43. Item voluit, quod nulli saeculari de regulari, nec religioso de saeculari beneficiis Commenda datur, nisi in Signatura per clausulam ad partem super Commendae hujusmodi, de Commenda ipsa mentio fiat.

De Reformationibus.

44. Item voluit, statuit, & ordinavit, quod super quibuscumque Reformationibus signatis super impetrationibus quorumcumque beneficiorum vacantium, vel certo modo vacaturorum, in quibus petitur, quod litterae super prima Data expediri possunt, si ex hujusmodi expeditione sub tali Data, cuiquam videatur posse fieri praedictum, litterae hujusmodi ipsa prima Data nullatenus expediantur, nisi Reformationes hujusmodi per Fiat sub prima Data signatae fuerint.

De consensu in Resignacionibus, & Pensionibus.

45. Item voluit, & ordinavit, quod super resignacione cujuscumque Beneficii Ecclesiastici, seu cessatione Juris in eo, quam in manibus suis, vel

in Cancellaria Apostolica fieri contigerit, Apostolica litterae nullatenus expediantur, nisi Resignans, vel cedens, si praesens in Romana Curia fuerit personaliter, alioquin per Procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, expeditioni hujusmodi in eadem Cancellaria expressè consentierit, & juraverit, ut moris est. Et si ipsum Resignantem, seu Cedentem pluries super uno, & eodem beneficio in favorem diversarum personarum successivè consentire contigerit; Voluit Sanctitas Sua, quod primus consensus tenere debeat, & alii posteriores consensus, ac litterae eorum praetextu etiam sub priori Data expedite pro tempore nullas sint roboris, vel momenti, nec litterae reservationis, vel assignacionis etiam Motu proprio cujusvis pensionis annuae, super alicujus beneficii fructibus expediri possint, nisi de consensu illius, qui pensionem persolvere tunc debeat.

In Ingressu Religionis.

46. Item non dentur litterae super beneficiis vacantibus ingressum Religionis, nisi professio praecesserit Datam desuper petitionis.

Non valeat impetratio facta per modum in Cancellaria exprimentum.

47. Item voluit, quod si petatur aliquod beneficium vacans per modum in Cancellaria Apostolica exprimentum, talis impetratio non valeat, nec litterae desuper expediantur.

De executione faciendâ.

48. Item voluit, statuit, & ordinavit, quod quovis beneficii per Signaturam suam, vel de ejus mandato factam, super exequendis aliquibus, cum assignacione proprii nominis, vel Dignitatis cujusvis, Judex datur, litterae desuper expediantur cum expressione, quod idem Judex executionem faciat per se ipsum.

De dispensacionibus in gradibus Consanguinitatis.

49. Voluit, quod in litteris dispensacionum super aliquo gradu Consanguinitatis, vel Affinitatis, aut aliis prohibito, ponatur clausula, Si mulier rapta non fuerit. Et si scienter, ponatur clausula addita in quaternio.

Super defectu Natalium.

50. Voluit, quod in dispensacionibus super defectu Natalium, quod possint succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula, Quod non praedictetur illis, ad quos successio honorum ab intestato pertinere debeat.

Super Dispensacionibus.

51. Item, quod per quamcumque Signaturam in quavis gratia, nullatenus dispensatio veniat, nisi specialiter exprimat, vel dicta gratia totaliter effectum hujusmodi dispensacionis concertat, vel aliis nihil conferat, aut operetur.

Nulli suffragetur dispensatio, nisi litteris concessis.

52. Item, cum concessiones super gratis Dispensacionum quarumcumque quibusvis per ipsum D. N.

SS. D. N. D. Clementis Divina Providentiâ Papae XI. 143

D. N. concessarum, vel concedendarum per Regulas Cancellariae Apostolicae sint provide limitatae, licet aliquando in petitionibus super hujusmodi concessionibus oblati, multa sint petita, ne quis talium concessionum praetextu, id dispensative tenere, aut facere praesumat, ad quod concessiones hujusmodi se non extendant, voluit idem D. N. quod nulla talis dispensatio cuipiam in Judicio, vel extra suffragetur, antequam super ea litterae Apostolicae sint concessae.

De clausulis ponendis in litteris Indulgentiarum.

53. Item voluit, quod in litteris Indulgentiarum ponatur, quod si Ecclesiae, vel Capellae, aut alias aliqua Indulgentia fuerit concessa, de qua inibi specialis mentio facta non sit, hujusmodi litterae sint nullae.

De Indulgentiis concessis ad instar.

54. Item voluit idem D. N. quod litterae super Indulgentiis non expediantur ad instar, nisi specificentur.

De exprimendo valore Beneficiorum in impetrationibus.

55. Item voluit, quod in gratis, quas quibusvis personis, de beneficiis vacantibus, seu certo modo vacantibus fieri contigerit, illorum, & aliorum quorumcumque beneficiorum, quae dictae personae tunc obtinuerint, seu de quibus eis fuerit provisum, vel concessum, aut mandatum provideri, verus annuus valor per Marchas argenti, aut Sterlingorum, vel libras Turonen: Parvorum, seu florenos auri, aut ducatos, vel uncias auri, seu aliam monetam secundum communem existimationem exprimat, nisi personae praedictae beneficia, quae tunc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quae jus eis competit, juxta ipsarum oblationes, aut alias dimittere teneatur, alioquin gratiae praedictae sint nullae; Et idem servetur in gratis, quas à Sanctitate Sua Motu proprio emanare contigerit, quoad beneficia tamen, de quibus per Sanctitatem Suam pro tempore providetur, seu provideri mandatur, aut alias disponitur, ac litteris per quas pro tempore ad Ecclesiarum Patriarchalium, & Cathedralium, ac Monasteriorum regimina promotis conceditur, ut Monasteria, & alia beneficia Ecclesiastica saecularia, & regularia per eos obtenta, & in quibus, & ad quae jus eis competit, retinere possint.

De clausulis in Beneficiis vacantibus ponendis.

56. Voluit, & ordinavit, quod quando providet, seu mandat provideri alicui de beneficio Ecclesiastico vacante, tunc dari poterunt clausulae, si petantur, etiam illud quovis modo &c. seu per Constitutionem Execrabilis vacet, & specialiter reservatum inter aliquos litigiosum sit, & ejus collatio devoluta fuerit, & si pro colligante, vel subrogationem, aut Si neutri, vel Si nulli &c. petente, si tunc li specificè exprimat, nec detur aliqua generalis reservatio dispositiva, nisi desuper in concessione specialis, & expressa ac pure, & non sub conditione mentio fiat, & tunc reliquae reservationes ibi contentae veniant. Si vero tempore expeditionis inde litterarum generalis reservatio hujusmodi probari non possit, aut in

Novis provisionibus, seu pro colligantibus, Si neutri, vel Si nulli &c. sit expressum, quod ab aliis quibus assignatum illud, cuius beneficium conceditur; Collectorem, vel unicum Subcollectorem, Abbreviatorem, vel familiarem, Notarium, aut dictae Sedis Officialem fuisse, clausula ponatur etiam dictum beneficium ex eo quod talis Collector, vel unicus Collector, Abbreviator, vel familiaris, Notarius, aut dictae Sedis Officialis fuit, dispositioni Apostolicae generaliter reservatum existat, Dummodo non sit in eo alicui specialiter jus quaesitum. In reliquis vero nulla clausula detur, unde reservatio generalis elici possit, nisi desuper signatura per duplex Fiat, signata sit, aut reservatio, vel alias specialiter habeatur.

De expressione qualitatum Beneficiorum in impetrationibus.

57. Item voluit, quod super beneficiis Ecclesiasticis de qualitatum illorum, videlicet, an Dignitates, Personatus, vel Officia sint, eisque imminuat cura anularum, & ad illa consueverint qui per electionem assumi mentio fiat, alias gratiae desuper factae sint nullae. Et si qualitates hujusmodi affirmativè, vel conditionaliter non exprimantur, negativa expressè desuper fiat in beneficiis, quae tales qualitates, vel ex eis aliquas consueverint habere.

De Beneficiis vacantibus per contractum Matrimonii.

58. Item si reservetur beneficium per contractum Matrimonii, non dentur alii modi vacationum de futuro, nec censetur beneficium reservatum specialiter, vel affectum, nisi sequatur matrimonium; sed in beneficiis per promotionem, aut ingressum Religionis, vel assignacionem vacantibus, ponatur clausula etiam non petatur, Cum beneficia hujusmodi praemissa, vel alias quovis modo &c. praeterquam per obitum obtinentis vacare contigerit, etiam vacant, Decernente irritum, &c.

De clausulis ponendis in litteris Religiosorum.

59. Item voluit, quod si petatur aliquem in Religionem recipi, & sibi de quovis beneficio Ecclesiastico provideri per simplicem signaturam Fiat, recepto hujusmodi duxerit deur, adjecto, si petens idoneus sit, aut aliud canonicum non obstat, & exprimat si certus numerus Regularium sit ibidem, cui etiam non derogetur, nisi expressè concedatur, & si numerus iste non existat, ponatur, Dummodo receptionis locus hujusmodi nimium propterea non gravetur. Possintque Executores provisionis hujusmodi, ad receptionem emissionis professionis, non expectato probationis anno, procedere.

De translatione Religiosorum.

60. Item, si Regularis petat sibi de beneficio ab aliquo Monasterio, vel alio regulari loco dependente, provideri, & appareat ex petitione hujusmodi, quod alterius Monasterii, vel loci Religiosus sit, licet ibi translatio non petatur, nihilominus illa veniat.

De clausula, si est ita.

61. Item, quod in litteris super beneficiis per Conti-

Constitutionem Execrabilis, vacantibus ponatur clausula, Si est ita, similiter de quibuslibet narratis informationem facti requirentibus.

Petenti provideri de vacaturo, dentur litterae de vacanti.

62. Item petenti sibi provideri de Vacaturo, dentur litterae de vacanti, prout expedierit impetranti.

Revocatio Decimarum, & aliarum impositionum.

63. Item revocavit quascunque Decimarum, nec non subsidiorum, vigesimae, & aliorum onerum impositiones ex quavis causa emanatas, & quascunque facultates super Decimarum, vigesimae, & onerum hujusmodi exactione, quibusvis fructuum, & proventuum Camerae Apostolicae debitorum Collectoris, & Apostolicae Sedis Nunciis ac eisdem Praedecessoribus concessas. Suspendit quoque, ad Suae Sanctitatis, & Sedis Apostolicae beneplacitum quascunque plenarias Indulgentias ab eisdem Praedecessoribus ex quavis causa etiam expeditionis contra Turcas, & Orthodoxae fidei Hostes, si quae per Nuncios, vel quaestores deferbantur, nec non deputandi, & eligendi Confessores, qui plenarie absolvent, & alia faciunt, ad eandem Indulgentiarum suspensionem effectum, reliquaque facultates, ipsas Indulgentias quomodolibet concernentes, praeterquam quoad ea, in quibus Indulgentiae, & facultates in aliqua sui parte sint sortitae effectum. Ita ut illis, qui implentes iuncta eis in litteris Indulgentiarum hujusmodi jam consequuti sunt facultatem eligendi Confessores, qui absolvent eos plenarie in mortis articulo; per hujusmodi suspensionem non praerjudicetur, quin facultate ipsa uti possint in futurum: Decrevit quoque irritum, & inane, quicquid facultatum revocatarum earundem praetextu, imposterum contigerit attentari.

Revocatio facultatum recipiendi pretium Officiorum.

64. Item revocavit, cassavit, & annullavit, ac irritas declaravit quascunque facultates, percipiendi pretium Officiorum Romanae Curiae pro tempore vacantium in toto, vel in parte, & quavis concessionibus, & collationibus, aliasque dispositionibus per fel. recor. Innocentium XII. aliisque Praedecessores de dictis Officiis etiam ex die collationum, concessionum, & dispositionum earundem in antea vacaturis, in favorem quorumcumque personarum, Ecclesiarum, Monasteriorum, piorum locorum, Collegiorum, seu eorum Mensarum, etiam perpetuo, etiam in vim contractus, & ex titulo oneroso, & sub quavis alia verborum forma, quam, & praemissorum tenores pro expressis haberi voluit, concessas, & factas quoad Officia, quae post obitum dictorum Praedecessorum, vacarunt, & imposterum quomodolibet vacabunt. Item revocavit quoque, cassavit, & annullavit, ac irritas declaravit quascunque Infeudationes, Investituras, Gratias, Concessionibus, quoquomodo etiam in Emphyteum, ad tempus, seu in perpetuum, etiam Motu proprio, & de plenitudine potestatis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoris (extra tamen Consistorium, & sine S. R. E. Cardinalium Consilio, & consensu) a die Constitutionis fel. recor. Pii V. PP. Praedecessoris sui super prohibitionem alienandi & infeu-

dandi Civitates & loca S. R. E. sub datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, quarto Kal. Aprilis, Pontificatus sui anno secundo usque in praesentem diem, per quoscunque Romanos Pontifices Suos Praedecessores, aut mandato, vel auctoritate eorum, quomodocumque, vel qualitercumque, & quovis colore factas, & concessas de Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, & locis S. R. E. & Sanctae Sedi Apostolicae, & tam mediate, quam immediate subjectis, tunc videlicet de tempore didarum infeudationum, investiturarum, gratiarum, & concessionum nondum devolutis, nec non quascunque prorogationes, & extensiones quarumcumque infeudationum, investiturarum, gratiarum, & concessionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, & locis, tunc videlicet de tempore didarum prorogationum, & extensionum nondum finitarum quibusvis personis, cujuscumque gradus, status, & conditionis, & praerogativae, etiam Imperiali, Regali, Ducali, aut alia quavis praerogativa dignitate, etiam in vim contractus, & ex quocunque titulo etiam oneroso, & per quoscunque tam sub plumbio, quam in forma Brevis sub annulo Piscatoris, aut etiam alias quomodocumque, & quatercunque expeditas litteras, ac sub quavis verborum forma, quam, & praemissorum omnium tenore, & Sanctitas Sua pro expressis haberi voluit, laetissime extendendos.

Quod fructus in tertia parte augeri possint vigore clausulae.

65. Item, eum nonnulli in impetrationibus Beneficiorum Ecclesiasticorum pro tempore vacantium, & certo modo vacaturorum, asserendo illorum fructus &c. certum pro eos expressum annum valorem non excedere, nonnumquam obtineant a Sanctitate Sua, ut hujusmodi valorem annum augere possint, ut verius possint in confessione litterarum, super hujusmodi impetrationibus summa, aut valor annuus exprimi, aliter desuper non specificato, ne de veritate hujusmodi concessionis imposterum haeritari contingat, Declaravit praetextu concessionis hujusmodi, valorem ipsum usque ad tertiam partem valoris expressi, & in prima, quae desuper fiet, litterarum expeditione duntaxat augeri posse, & eas, quas litteris jam expeditis cum expressione valoris specificati, aut non integro augmento praedicto, de novo desuper expediti contigerit litteras, cum aliquo augmento valoris hujusmodi, nullius esse roboris, vel momenti, etiam Motu proprio beneficiales gratias, & dispositiones quaecunque, a Sanctitate sua emanaverint.

De infordescensibus.

66. Item, ne personis, pro quibus litterae suae Sanctitatis emanabunt ob generalem abolitionem a censuris Ecclesiasticis, quibus ligati forent, ad eorum effectum indifferenter concedi, & in litteris Apostolicis apponi solita, praestetur occasio, censuras ipsas vilipendendi, & infordescendi in illis, statuit, & ordinavit hujusmodi abolitionem, & clausulam in litteris, quae in futurum cum illa concedi contingerit, non suffragari non parentibus rejudicatis, Incendiariis, Violatoriis Ecclesiarum, falsificatoribus, & falsificari procurantibus litteras, & supplicationes Apostolicas, & illis utentibus, receptoribus, & fautoribus eorum, ac res veritas ad Infideles deferentibus, violatoriis, Eccle-

Ecclesiasticae libertatis, via facti ausu temerario Apostolicis mandatis non obtemperantibus, & Nuncios, vel Executores Apostolicae Sedis, & ejus Officialium, ejus commissa exequentes impeditibus, qui propter praemissa, vel aliquod eorum excommunicati a jure, vel ab homine per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam hujusmodi susceperunt. Et generaliter quibusvis aliis, qui centuris aliquibus etiam alias, quam ut praefertur, quomodolibet ligati in illis per annum continuum inforderunt.

Officiales nihil exigant ultra debitum.

67. Item D. N. exactionibus, quas Sanctitas sua non sine displicentia plerumque fieri intellexit per Officiales Romanae Curiae, qui constituti sibi emolumentis pro exercitio Officiorum, quae obtinent, non contenti, ultra a prosequentibus negotiorum quorundam expeditionem in eadem Curia exigere non vererentur, obviare volens, diffidit praecipiendo inhibuit omnibus, & singulis quavis Officia in eadem Curia obtinentibus, ne de caetero quicquam praetextu Officiorum, quae obtinent quovis colore etiam celerioris expeditionis, ultra emolumenta hujusmodi exigere, seu ad hunc effectum expeditionem eorum, quae eis incumbunt, malitiose diffare, sub excommunicationis, & praeter illam suspensionis a perceptione emolumentorum hujusmodi pro prima ad semestre, & pro secunda ad annum, & pro tertia vicibus, quibus licet existerent, privationis Officiorum per eos obtentorum, in quibus sic excelleret poenis. Ac voluit, quod S. R. E. Vicecancellarius, & Camerarius, excedentes ipsos respective, prout eis lubuit, per subtractionem emolumentorum eorundem, ac alias, ut praefertur, compellant ab hujusmodi illius exactionibus abstinere, ac contra eos per praedictas poenas, & alias, prout melius expedire viderint, procedant.

Reservatio Beneficiorum vacantium Sede Apostolica vacante.

68. Item Sanctissimus D. N. providit considerans, consuevisse quandoque Romanos Pontifices praedecessores suos beneficia, quae vacante Sede Apostolica vacare contingerant, dispositioni suae reservare, intendens de beneficiis hujusmodi tam Conclavitis, quam pauperibus Clericis, & aliis bene meritis personis providere, omnia, & singula beneficia per Regulas Cancellariae Apostolicae, aut qualeslibet alias Apostolicas Constitutiones temporales Romani Pontificis pro tempore existentis dispositioni quomodolibet, & ex quavis causa reservari solita, quae a die obitus fel. rec. Innocentii XII. Praedecessoris sui, usque ad diem vigesimam tertiam Novembris vacaverunt, & de quibus per quoscunque Ordinarios Collatores, tunc dispositum non fuerat, seu minus valide dispositum fuerat, suae provisioni, ac dispositioni reservavit. Decernens irritum, &c.

Revocatio Indulgentiarum supervivientiae.

69. Item, quia ad importunam nonnullorum suggestionem quandoque contigit, Praedecessores suos Romanos Pontifices pro tempore existentes, sub contractuum debitorum, vel diversis aliis praetextibus, concessisse, & indulgisse beneficium, ut fructus suorum beneficiorum, aut

Reiffenstuel Jus Can. Tom. III.

partem eorum anticipatim solvuntibus ad tempus elocare, vel erga Creditores, aut quatuor alias personas obligare, vel hypothecare, in solutum dare, aut alias quomodolibet de eis disponere liceret, ad tempus minime restrictum, ad vitam supplicantium cum gravi successum praedictis, & Ecclesiarum detrimento. Hoc indemnitati Ecclesiarum, & successum in beneficiis hujusmodi salubriter consulere volens, revocavit, cassavit, & annullavit omnia, & singula indulta, & facultates in ea parte, quae necdum verè, & realiter suum sortita sunt effectum, per quoscunque Romanos Pontifices Praedecessores suos haecenus ad favorem quorumcumque personarum concessa, quibus eis, vel eorum si quis ullo modo, & ex quavis causa, vel praetextu permittitur fructus certos, vel incertos, jura, obventiones, & emolumenta quaecunque quorundam beneficiorum per eos obtentorum anticipatim solutionibus, ultra unicum annum elocare, arrendare, ad firmam, vel responsum concedere, vel eos ad favorem quorumcumque personarum quomodolibet obligare, vel hypothecare, in solutum dare, aut de eis quomodolibet, & ex quavis causa disponere pro tempore, ad vitam beneficiorum, & tempus, quo beneficia hujusmodi obtinuerunt, minime restricto, & coarctato illorum tenores &c. Decernens irritum, &c.

Quod Cardinales non comprehendantur sub Regulis faciendis.

70. Item, cum S. R. E. Cardinales S. D. N. assistant, ac propterea debeant specialibus praerogativis, & privilegiis gaudere, Idem D. N. statuit, ordinavit, decrevit, & declaravit, quod in quibuscumque Constitutionibus, & Regulis per Sanctitatem suam edendis non comprehendantur, neque comprehendi censentur ipsi Cardinales, nisi illae eorundem Cardinalium favorem concernant, vel constitutiones edenda de eorundem Cardinalium, vel majoris partis eorum consilio editae fuerint, seu in eisdem Regulis, & Constitutionibus facta fuerit ipsorum Cardinalium expressa mentio.

Quod Regulae Cancellariae non comprehendantur sub generalibus derogationibus.

71. Item Sanctitas sua statuit, & declaravit, quod praemissis, & quibusvis aliis Regulis Cancellariae suo tempore edendis, ac publicandis, nunquam censentur derogatum, in quibuscumque Constitutionibus, Litteris, Brevis, Indulis, & aliis Ordinationibus Apostolicis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia emanatis, per quaecunque verba & Decreta derogatoria, irritantia universalis, & amplissima, & clausulas quantumvis efficacissimas etiam derogatoriis derogatorias, atque specialis, & individuae expressis nisi vim habentes, & habentia, nisi facta fuerit de illis expressa mentio, & non aliter, nec alio modo.

De Potestate Reverendissimi D. Vicecancellarii, & Cancellarium Regentis.

72. Primo, quod possit committere abolitionem illorum, qui ignorantur in supplicationibus, vel in litteris Apostolicis aliquid scribentibus, corrigerent, vel dicerent.

Item, quod possit corrigere nomina, & cognomina personarum, non tamen eorum, quibus gratiae,

gratiae, & concessionis sunt, ac Beneficiorum, dum tamen de corpore consist.

Item, quod possit omnes causas Beneficiales, etiam non devolutas committere in Curia, cum potestate citandi ad partes.

Item, quod processus Apostolica auctoritate decretos aggravare possit cum invocatione brachii secularis; & sententias executioni demandari facere contra intrusos, & intrudendos per litteras Apostolicas desuper conciliandas, & non alias.

Item, quod possit signare supplicationes manibus duorum Referendariorum signatas, de beneficiis Ecclesiasticis Saecularibus, & Regularibus dispositioni Apost. generaliter non referatis, quorum cujuslibet valor centum florenorum auri de Camera, vel totidem librarum Turonens. parvorum, seu totidem in alia moneta communem estimationem, valorem annuum non excedet.

Item, quod possit signare supplicationes etiam duorum Referendariorum manibus signatas de novis provisionibus, si neutri, & Subrogationibus pro colligantibus, in quibus non detur clausula generalem reservationem importans.

Item, quod possit ad Ordines suscipiendos archidiaconi prorogare terminos de diebus suscipiendis Ordinibus, usque ad proxima tunc a jure statuta tempora in quibus sic archidiaconi succedere ad ipsos Ordines promoveantur.

Placet, Publicentur, describantur I. F.

Lesae, & publicatae fuerint superscriptae Regulae, Ordinationes, & Constitutiones in Cancellaria Apostolica ab uno ex R. R. PP. DD. Majoris Praesidentiae Abbreviatoribus Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo, die vero decima quarta mensis Decembris Pontificatus praesentis Sanctissimi Domini Nostri CLEMENTIS XI. Anno primo.

Joseph Maria Minicocius Procustos.

S. XVII.

Solvuntur varia Dubia circa Regulas Cancellariae: ubi & de Intrusis in Beneficio.

SUMMARIUM.

489 Regulae Cancellariae, an, & qualiter in iudicio sint producendae? Et num. seqq.

490 Sententia lata Regulis non productis subsistit, quando pars adversa non excepit contra hoc. Quando iudex facit actum, qui potest esse praesudicialis parti, debet pars expressè contradicere: alius sibi praesudicat. Ibid.

491 Regula 28. De Regulis Cancellariae producendis, non procedit in illis, quae aliunde sunt notae, saltem loquendo extra Curiam Romanam.

492 Utrum per clausulam generalem, Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, derogetur Regulis Cancellariae? Et ratio dubitandi.

493 Negativa sententia tenetur.

494 Estque defacto certa.

495 Qualiter juxta Regulam 9. Cancellariae initium mensium sit computandum? Et num. seqq.

Mensis, quot dies continet?

496 Mensis Apostolicus v. g. Januarii, incipit a media nocte primi diei, & terminatur in media nocte ultimi diei &c.

497 Hora obitus prioris possessoris Beneficii bene est notanda, quando vacatio Beneficii incidit in ultimam noctem mensis.

498 & 499. Quid agendum, quando obitus Beneficarii contigit circa ipsam mediam noctem ultimi diei mensis?

500 Si omnibus frustra tentatis non appareat, an Beneficiarius obierit in mense Pontificio, vel Ordinario, tunc nemine in possessione beneficii existente, praesumendum est pro favore Collatoris Ordinarii.

501 Respondeatur ad Jura in contrarium allegata.

502 Istud a fortiori procedit, quando Collator ordinarius jam consulit Beneficium vacans, hujusque possessionem provisus acquisivit.

503 Si Papa prius consulit Beneficium, & provisus in hujus possessionem inductus fuit, Collatore ordinario postea primium ad praesentem, variant Doctores, cui beneficium sit adjudicandum. Et num. seqq.

Prima sententia stat pro possessore, & contra Alteram Ibid.

504 Altera stat pro collatione Papali.

505 Et tertia, caeterisque probabilior, pro collatione Ordinarii.

506 & 507. Solvuntur rationes aliarum sententiarum.

508 Beneficium vacans in mense Ordinarium, an possit conferri durante illius vacatione in mense Pontificio? Et ratio dubitandi.

509 Affirmativa sententia probatur. Et num. seqq.

510 Ad inducendam reservationem beneficii, attenditur solum initium vacationis; non vero tempus, quo duravit.

511 Intrusus in beneficio, quis censetur? Et num. seqq.

De intrusis in beneficio, quae Regulae Cancellariae tractent? Ibid.

512 Intrusus in beneficio, potest quis dici variis modis.

513 Generatim loquendo, Intrusus in beneficio dicitur, qui obinet beneficium Ecclesiasticum sine auctoritate illius, ad quem de jure spectat collatio. Et num. seqq. Et talis potest excommunicari. Ibid.

514 Sive beneficio sese ingerat propria auctoritate.

515 Sive id occupet auctoritate Principis secularis, vel consanguineorum &c.

516 Qualis etiam subjacet poene suspensionis, & excommunicationis &c. sique intelligibilis.

517 Intrusus vel maxime censetur, qui beneficium vi occupat.

Imò talis etiam dicitur Invalor. Ibid.

518 Intrusi in beneficio generaliter censentur omnes illi, qui recipiunt beneficium absque ullo titulo vero, vel colorato. Et n. seqq.

Putà, quia receperunt Beneficium contra claram Constitutionem Concilii Generalis. Ibid.

519 Vel a Superiore publice excommunicato, suspensio &c. Schismatico.

Au contra tenorem Concordatorum Germaniae. Ibid.

520 Item, qui scienter recipiunt beneficium alteri injuste ablatum &c.

521 Et qui beneficium retinent, postquam ab isto canonice amoti sunt per privationis, vel depositionis sententiam, à qua non appellarunt.

522 Dantur nonnulli casus, in quibus quis potest dici largè intrusus. Et n. seqq.

523 Qui commisit crimen dignum depositione, an censetur intrusus?

524 Intrusus dicitur, qui post electionem, sed ante confirmationem (extra casus à jure permisos) beneficium administrare praesumpsit.

525 Et multò magis, qui sine electione canonica ingerit se beneficio.

526 Quoad effectum Regulae 36. & 29. Cancellariae, solummodò veniunt veri, & proprie intrusi.

527 Intruso in beneficio, inter caeteros effectus, constituit Clericum scienter intrusum male fidei possessorem: adeoque iste tenetur cedere, fructusque illius restituere.

528 Et hujus ratio.

529 Alius intrusionis effectus est, quòd in impetratione Rescripti ad beneficia debeat fieri mentio de praecedenti intrusione &c.

530 Istud tamen à nonnullis limitatur.

531 Ulterior illius effectus est, quòd confirmatio Sedis Apostolicae in forma communi, non purget vitium intrusionis in receptione Beneficii commissum: sed solummodo de confirmatione in forma speciali.

532 An valeat Rescriptum tacitè intrusione obtentum ad Beneficium sub clausula, Motu proprio?

533 Alia Regulae Cancellariae concernentia. Remissivè.

489 Quæritur I. An, & qualiter in iudicio producendae sint Regulae Cancellariae? Resp. I. De hoc disponitur per proximè relatum Regulam 28. De Regulis Cancellariae producendis, inscriptam. Quia enim juxta varietatem concurrentium causarum, & negotiorum, aliquoties immutari convenit Regulas Cancellariae: hinc super probando eorum tenore jubet Pontifex, non esse standum dictis testium, utpote tenacem desuper memoriam plerumque non habentium: sed voluit, atque ordinavit, ut Judices in ipsa Curia auctoritate Apostolica deputati, super hujusmodi tenore, & effectibus probando duntaxat stent, fidemque adhibeant schedulae, seu scripturae, ad praevium indigentium supplicationem à duobus Majoris Praesidentiae dandae, & à tergo signatae, & etiam à duobus aliis Litterarum Apostolicarum Abbreviatoribus in ipsa Cancellaria auctoritate, & Vicecancellarii manu subscriptae. Quidquid autem secus fieri contigerit, nullius sit roboris, vel momenti, inquit Pontifex in citata Regula 28. prout patet eam legenti.

490 Resp. II. His tamen non obstantibus, sententia lata Regulis non productis in forma praescripta subsistit, quando pars adversa non excepit contra hoc. Ita Joan. à Chokier in Reg. 26. (nunc 28.) Cancellariae, quae inscribitur, De Regulis Cancellariae producendis, n. 18. allegans pleròque omnes in dictam Regulam scribentes; atque Styllum Curiae Romanae, requirentem pro producenda nullitate gestorum, quòd excipitur de Regula non legitime producta. Accedit ratio: quia Decretum illud irritans, in fine citatae Regulae appositum, habet tacitam conditionem; videlicet, si is, cujus favorem respicit eadem uti voluerit, arg. l. & eleganter. s. i. junctà Glossa v. Nullam. ff. de Dolo malo. Quoties enim iudex facit actum, qui potest esse praesudicialis parti, debet pars expressè contradicere: alius sibi praesudicat, arg. l. i. c. de Relationib. ac notat Bartolus ibid. v. Ultimo nota. Nam tacendo, juri suo tacitè renunciat, atque in actum iudicis consentire videtur; ut cap. 2. de Accusationib. in 6. ubi Glossa v. Reclamante, istud ulterius probat ex Reg. 43. Jur. in 6. Qui tacet, consentire videtur.

491 Addit Chokier lo. cit. n. 20. post Alphonsium in Reiffenstuel Jus Can. Tom. III.

Glossemat. cit. Reg. n. 8. quòd praedicta Regula 28. De Regulis Cancellariae producendis inscripta, non procedat in illis Cancellariae Regulis, quae aliunde sunt notae, & usitatae, quaeque vel per Praeficos, vel per Codices Regularum in Urbe impressos comprobari possunt: saltem loquendo extra Curiam Romanam, seu in aliis Tribunalibus Orbis. Nam dicta Regula 28. seu De Regulis Cancellariae producendis inscripta, loquitur expresse de Auditoribus causarum Palatii Apostolici, & aliis in ipsa Curia pro tempore deputatis auctoritate Apostolicae Judicibus, uti patet ex textu. Simulque eadem Regula pro sua ratione istam allegat: Quia facilliter per eos, qui in Romana Curia indigerint, ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest. Hæc enim ratio cessat in Tribunalibus extra Urbem existentibus, utpote in quibus non nisi difficulter, & majoribus cum sumptibus propter locorum distantiam, talis authentica productio Regulae haberi poterit. Et hinc Placitum extat supremæ Curiae Sabaudiae, quo definitum fuit sufficere Regulas Cancellariae allegare, licet non profertur sub plumbis: prout notat Chokier, ubi supra, post Ant. Fabium lib. 4. Definit. Forens. defn. 15.

Quæritur II. Utrum per clausulam generalem, Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, censetur derogatum Regulis Cancellariae? Ratio dubitandi, & affirmativam tenendi, est: quia Regulae Cancellariae appellantur Ordinationes, & Constitutiones Apostolicæ, prout liquet ex earundem Rubrica, & Proœmio: ergo pariter sub generali Constitutionum, & ordinationum Apostolicarum derogatione videntur venire. Verum his non obstantibus, Resp. I. Sub clausula illa generali, Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Regularum Cancellariae Constitutiones non comprehenduntur, neque illis censetur derogatum, nisi de his specialiter mentio fiat. Ita ut Ludov. Gomezius, seu Gomezius in Proem. Regular. Cancellar. quest. 5. alterens, ita tenere styllum Cancellariae, & Curiae Romanae, qui in hoc casu pro Lege habetur, ipsique standum est, arg. c. Quam gravi. 6. de Crimine falsi, cum similibus. Atque pro hac sententia per eundem Gomezium allegatur Rota in una Zamorens. Thesaurariae, de mense Novemb. 1533. coram R. D. Nicolao Aragona: & in alia Romana, Pecuniaria, coram D. Joanne Paulo, Decis. 20. Novemb. 1536. In quibus Domini de Rota voluerunt, per ejusmodi clausulam non fuisse derogatum Regulae Cancellariae, De exprimendo valore: neque Regulae 25. (nunc 27.) De non appellando ante sententiam diffinitivam.

Atque hac sententia defacto est certa; & expressè decisa per modernam, ac superius jam relatum regulam 71. Cancellariae, Quòd Regulae Cancellariae non comprehenduntur sub generalibus derogationibus inscriptam: quae tamen primum addita fuit, neque reperitur inter Regulas Cancellariae Urbis VIII. (relatas Tom. IV. Bullarii Romani, Constit. 7. dicti Pontificis) aut alias antiquiores. Accedit ratio: quia Regulae Cancellariae continent clausulam derogatoriam voluntatis sequentis actus in contrarium, uti liquet ex earundem Proœmio, ibi: Et suo tempore duraturas observari voluit: & post Petrum de Ancharano in Consil. 297. in princip. notat Gomezius lo. cit. Atqui stante tali clausula non sufficit generalis, sed requiritur specialis derogatio, arg. l. Si quis in principio. ff. de Legat. III. & notat Bartolus ibid. circa m. Et quòd clausula derogatoria voluntatis sequentis actus, habeat vim, cuiusdam protestationis praebulæ: qualis protestatio declaratur, in sequenti actu voluntatem deesse, nisi expressè

492 Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, censetur derogatum Regulis Cancellariae? Ratio dubitandi, & affirmativam tenendi, est: quia Regulae Cancellariae appellantur Ordinationes, & Constitutiones Apostolicæ, prout liquet ex earundem Rubrica, & Proœmio: ergo pariter sub generali Constitutionum, & ordinationum Apostolicarum derogatione videntur venire. Verum his non obstantibus,

493 Resp. I. Sub clausula illa generali, Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Regularum Cancellariae Constitutiones non comprehenduntur, neque illis censetur derogatum, nisi de his specialiter mentio fiat. Ita ut Ludov. Gomezius, seu Gomezius in Proem. Regular. Cancellar. quest. 5. alterens, ita tenere styllum Cancellariae, & Curiae Romanae, qui in hoc casu pro Lege habetur, ipsique standum est, arg. c. Quam gravi. 6. de Crimine falsi, cum similibus. Atque pro hac sententia per eundem Gomezium allegatur Rota in una Zamorens. Thesaurariae, de mense Novemb. 1533. coram R. D. Nicolao Aragona: & in alia Romana, Pecuniaria, coram D. Joanne Paulo, Decis. 20. Novemb. 1536. In quibus Domini de Rota voluerunt, per ejusmodi clausulam non fuisse derogatum Regulae Cancellariae, De exprimendo valore: neque Regulae 25. (nunc 27.) De non appellando ante sententiam diffinitivam.

Atque hac sententia defacto est certa; & expressè decisa per modernam, ac superius jam relatum regulam 71. Cancellariae, Quòd Regulae Cancellariae non comprehenduntur sub generalibus derogationibus inscriptam: quae tamen primum addita fuit, neque reperitur inter Regulas Cancellariae Urbis VIII. (relatas Tom. IV. Bullarii Romani, Constit. 7. dicti Pontificis) aut alias antiquiores. Accedit ratio: quia Regulae Cancellariae continent clausulam derogatoriam voluntatis sequentis actus in contrarium, uti liquet ex earundem Proœmio, ibi: Et suo tempore duraturas observari voluit: & post Petrum de Ancharano in Consil. 297. in princip. notat Gomezius lo. cit. Atqui stante tali clausula non sufficit generalis, sed requiritur specialis derogatio, arg. l. Si quis in principio. ff. de Legat. III. & notat Bartolus ibid. circa m. Et quòd clausula derogatoria voluntatis sequentis actus, habeat vim, cuiusdam protestationis praebulæ: qualis protestatio declaratur, in sequenti actu voluntatem deesse, nisi expressè

revocatio fiat; ut l. At si quis. §. Plerique. ff. de Religios. & sumpt. funer. cum similibus, & amplius declarat Gomez, ubi supra.

495 Queritur III. Qualiter juxta Regul. 9. Cancellarii mensium sit computandum; praesertim incidente vacatione Beneficii in noctem ultimam mensis? Resp. I. Juxta praedictam Regulam Cancellariae sit computatio mensium, prout illi collocantur, & jacent in vulgato Calendario per totum annum; sive dein mensis habeat triginta dies, sive plures, aut pauciores. Ita Glossa in c. Quam sit. §. Menses. de Election. in 6. Rebuffus in Concordatis Franciae, tit. de Collationibus. §. Praefatae. §. Sequentibus mensibus. Gonzalez ad Reg. 8. Cancellarii. gloss. II. n. 7. citans alios. Nec immerito: quia licet aliquando, cum absolute sit mentio mensis, intelligatur triginta spatium dierum, L. ult. §. Si autem dubius. juncto §. Simili modo. C. de Jure liberand. §. l. Si venditor. junctam l. Adiles aiunt. ff. de Aedilic. Edicti. Vel saltem ubi Lex duorum mensium fecit mentionem, & qui sexagesimo & primo die venerit, audiendum sit, juxta textum expressum in l. Ubi lex. ff. de Reg. Jur. Nihilominus istae computationes dierum mensis impraesentiarum locum habere nequeunt, eo quod Pontifex in memorata Regula nona Cancellariae sibi reservaverit Beneficia vacantia nominatim in singulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maii &c. mensibus. Vel respectu Episcoporum apud Ecclesias suas personaliter residentium, beneficia vacantia in mensibus Januarii, Martii, Maii, Julii, Septembris, & Novembris: qui sex menses etiam in Concordatis Germaniae collationi Papae reservantur.

496 Itaque mensis Apostolicus, v. g. Januarii, incipit a media nocte primi diei hujus mensis, & terminatur in media nocte ultimi diei ejusdem mensis: sic enim primus dies memorati mensis Januarii more Romano incipit, ac desinit ultimus, l. More Romano. ff. de Feriis, & c. Consuluit. 24. de Offic. Delegat. Post mediam vero noctem ultimi diei dicti mensis incipit Februarius, qui (quoad Episcopos residentes, & Concordata Germaniae) est mensis Ordinarii; ac proinde, si Beneficium primum incipit vacare post mediam noctem ultimi diei ejusdem mensis Januarii, Beneficario tunc primum defuncto, collatio ejus pertinebit ad Collatorem ordinarium: si vero vacaverit ante mediam illam noctem, spectabit collatio ad Papam. Garcias part. 5. de Beneficiis, cap. I. n. 523. citans Rotam in una Averjana Parochialis. 12. Martii 1562. coram Oradino. Barbosa part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 57. n. 183. Gonzalez, ubi supra, n. 9. & seqq. citans alios. Card. de Luca Discurs. 15. de Beneficiis, n. 2. §. 4. allerens, hoc esse receptum.

497 Unde in tali casu incidente vacatione Beneficii in ultimam noctem mensis, bene notanda erit hora obitus prioris possessoris Beneficii, testisque de eo, priusquam conferatur beneficium tunc vacans, exacte interrogandi: quam etiam horam consuleat Notarius in ipso instrumento desuper confecto annotabit, ut sic evitetur omnis controversia super tempore vacationis, an videlicet contigerit in mense Apostolico, vel Ordinario. Gonzalez cit. gloss. II. n. 10. & Pl. Garcias part. 5. de Benefic. cap. I. n. 523. Barbosa cit. n. 183.

498 Resp. II. In casu obitus Beneficarii circa ipsam mediam noctem ultimi diei mensis, & ad dignoscendum, an is acciderit in mense Pontificio, vel Ordinario, imprimis attendere oportebit ad pulsus horologii, caeteroquin iustus, si extet in loco: nam, ubi caeperit sonare horam duodecimam noctis, etiam ante finitos pulsus illius horae, censetur media nox expleta. Garciam cit. part. 5. cap. I.

n. 524. Castro Palao tract. 13. de Beneficiis, disp. 2. punct. 22. §. 2. n. 1. & alii. Quod si in loco adsint plura horologia, standum erit horologio principali, veluti minus suspecto; aut si plura non suspecta, pulsus plurium horologiorum concordantium. Card. de Luca de Beneficiis, Discurs. 15. n. 1. & 7. ac seqq. talem casum referens. Castro Palao lo. cit. §. 2. n. 1. argumento desumpto a testibus, quibus numero pluribus, dignioribus, & magis verisimilibus deponentibus, standum est, c. In nostra. 32. de Testib. junctis concordantibus per Glossam in ibid. allegatis. Quamvis nonnulli apud Garciam lo. cit. n. 525. arbitrentur, in hujusmodi casu standum esse horologio caeteroquin non suspecto, quod propitium est favori causae pia.

Resp. III. Quod si in loco non fuerit, horologium, aut probetur non fuisse bene ordinatum, vel saltem non sit auditum, tunc media nox dimedienda erit juxta prudentem iudicium hominum; praesertim habentium experientiam, & cognitionem circa hoc. Ita Garcias d. part. 5. cap. I. n. 526. Gonzalez cit. gloss. II. n. 16. 17. & seqq. ubi longius examinat quaestionem illam, utrum ex gallicinio recte probetur, mediam noctem esse elapsam (prout tenuit Rota in una Averjana Parochialis, 12. Martii 1562. coram Oradino) nec ne; cum galli etiam ingrediente, ipsaque media nocte, serius aut citius, pro diversitate Regionum, ac temporis, cantare audiantur, etsi a media nocte in diem vergente frequentius cantare soleant: & tandem n. 25. arbitrio Iudicis relinquendum censet; quantum huic gallicinio, pensatis circumstantiis, ac testium rationibus, aliisque verisimilitudinibus deferendum sit; prout in simili habetur L. 3. §. Tu magis. ff. de Testib. & c. In praesentia. 6. de Renuciat.

Resp. IV. Quando istis omnibus frustra tentatis (seu quia Beneficarius ultima nocte mensis obiit insperato: ac nemine praesente) dubium adhuc remanet, utrum ante, vel post mediam noctem illius ultimi diei mensis, sive in mense Pontificio, vel Ordinario obierit: tunc nemine adhuc in possessione Beneficii existente, pro mense Episcopali, atque pro favore Collatoris Ordinarii praesumentium videtur. Ita Garcias lo. cit. n. 528. Castro Palao d. tract. 13. punct. 22. §. 2. n. 3. Engel h. r. n. 26. eod. n. 354. Ratio est: quia Episcopus habet intentionem fundatam in Jure, quod collatio omnium Beneficiorum suae Diocesis ad ipsum spectet, c. Ex frequentibus. 3. de Institutionibus. cum concordantibus; nisi probentur spectare ad collationem alterius, puta, quia probantur esse reservata: atqui stante illo dubio, non constat de reservatione. Tum quia reservatio, veluti praedicta ordinarie collationi, & jurisdictioni, est odiosa, sive restringenda, juxta dicta n. 388. & 389.

Nec obstat textus in c. Si a Sede 31. h. r. in 6. ubi in dubio, an Papa, vel Collator ordinarius prius contulerit idem Beneficium, quod uterque eodem die, sed diversis personis contulit, dicitur praferenda collatio Papae; idque propter conferentis ampliore prerogativam. Cui simile quid habetur in Clem. 1. §. Neuro. Ut lite pendente &c. Resp. enim, isthaec Jura loqui in diverso casu; videlicet, quando Papa jure ordinario (seu quatenus habet concurrentem cum quolibet inferiori Ordinario potestatem conferendi quilibet Beneficia) concurrit in collatione beneficium cum inferiori, ac dabitur, quis eorum prius contulerit. Tunc enim, quia constat de potestate ordinariae Papae sic conferendi, ac remanet duntaxat dubium facti, seu quis prius contulerit beneficium vacans: nullo adhuc in possessione istius existente, merito praferenda dicitur collatio Papae propter suam ampliore prerogativam, cum sit

fit Ordinarius Ordinarium. At vero in praesenti casu sermo est de collatione Papae facta, vel facienda duntaxat jure reservationis, quam revera hic intervenire dubitatur: unde stante tali dubio, ac nisi probetur veritas reservationis, Papa non intendit Beneficium vacans conferre; sed Collator inferior remanet in possessione juris conferendi; cum respectu hujus habeat intentionem fundatam in Jure communi. Garcias, ubi supra, n. 533. Castro Palao d. §. 2. n. 3. & 6.

502 Additur tamen in data num. 500. Conclusione, nemine adhuc in possessione beneficium existente. Nam imprimis, si in casu praedicti dubit Collator ordinarius, per fundamenta proximè relata, jam contulit cuiuspiam beneficium taliter vacans, atque provivus possessionem illius acquirit; tunc a fortiori procedit eadem Conclusio, juxta vulgatum illud: In dubio melior est conditio possidentis, c. In pari. 65. de Reg. Jur. in 6. cum concordantibus.

503 Quod si vero Papa prius contulit ejusmodi beneficium, ac provivus in hujus possessionem jam inductus fuit, Collatore ordinario postea primum id praestante; magna inter D. doctores controversia existit, cui provivorum mora desuper lito beneficium sit adducendum, atque is in sua possessione manutendendus? Et quidem prima sententia astringit, in tali casu possessorem semper victurum, & Actorem succubiturum, sive is fuerit provivus a Papa, sive ab Ordinario. Ratio hujus sententiae est: quia in dubio melior est conditio possidentis, juxta Reg. 65. Jur. in 6. Similiter Actore non probante Reus est absolvendus, etiam si nihil praesentis, c. Cum Ecclesia §. fin. de Causa possess. & l. Qui accusare. C. de Edend. cum similibus. Atqui in casu posito, & juxta hypothesein, nequit probari quancunque adhibita diligentia, quod obitus Beneficarii acciderit in mense Apostolico, vel Ordinario; ergo. Ita Gonzalez cit. gloss. II. n. 27. 28. & seqq. citans Puteum Decis. 207. & 266. & lib. 3. & alios.

504 Altera sententia tenet, in tali casu prevalueram collationem Papae, quando is prius cuiuspiam contulit beneficium, atque provivus ejus possessionem prior acquirit; vel saltem non constat, provivum ab Ordinario antea illius possessionem obtinuisse: per textum in c. Si a Sede. 31. h. r. in 6. junctis dictis supra n. 501.

505 Tertia tandem sententia, & caeteris probabilior, docet, stante tali dubio, & post diligentem inquisitionem non resolvablem, collationem Ordinarii, atque possessionem beneficium virtute istius obtentam, fore validam, atque manutendam, etiam si sequatur primum collationem Papae, possessionemque inde acquisitam. Garcias d. part. 5. cap. I. n. 530. & 532. Castro Palao cit. §. 2. n. 5. Pirhing h. r. n. 354. vers. Notandum secundum. Ratio hujus sententiae est: quia stante tali dubio, praesumptio Juris fiat pro collatione Ordinarii, juxta dicta n. 500. ergo, donec provivus per Papam probet reservationem (qualis tamen probatio, juxta hypothesein, in dato casu fieri nequit) standum erit collationi Ordinarii. Confirmatur: quia in dicto casu Papa non intendit conferre beneficium, nisi jure reservationis duntaxat; ergo ista non subsistente, vel saltem non apparente, corrumpit ipsamet collatio. Pars enim sunt, non esse, & non apparere, l. Duo sunt Titul. ff. de Testamentum. tutel. Barbosa Axiomat. 174. n. 9. & alii.

506 Nec urget rationes aliarum sententiarum. Non prima, seu n. 503. adducta. Nam imprimis Regula illa, in pari causa &c. fallit, quando pro Actore fiat praesumptio contra possessorem, illeque intentionem suam habet in Jure communi fundatam; ut dictum supra Lib. 2. Tit. 12. de Causa possessionis &c. Reiffersuel Jus Can. Tom. III.

§. 2. n. 41. & 42. Deinde etiam altera Regula, Actore non probante reus absolvitur, fallit, seu limitatur in casu, quo pro Actore fiat praesumptio Juris: ut cap. 2. de Restitution. spoliat. in 6. etque pariter jam dictum supra Lib. 2. Tit. 19. de Probationibus. §. 5. n. 126. & 227. Atqui in casu posito fiat praesumptio Juris pro Collatore ordinario, ejusque collatione, ut proximè dictum; ergo. Potrò ad c. Si a Sede. h. r. in 6. patet responsio ex dictis n. 501.

Neque provivus de beneficio per Papam, in tali casu suffragatur acquisita illius possessio: Tum quia praesumptio Juris stat contra possessorem a Papa provivum, ut proximè dictum. Tum quia collatio beneficium per Papam facta, & tradita ejusdem possessio, fundatur in reservatione illius: unde haec non existente, vel saltem non apparente, sive praesentibus veritate non nitentibus, corrumpit iustus titulus possidendi: ac proinde non mirum, quod in casu memorati dubii, provivus per Ordinarium praesentis debeat, ob assistentiam videlicet Juris communis. Et si quis obijcere velit appositionem manus Pontificiae: patet ex dictis supra n. 423. appositionem manus Papae nihil operari, quando narratur Beneficium esse reservatum: quod non est reservatum; seu (quod idem est) non apparet esse reservatum.

Queritur IV. Utrum Beneficium vacans in mense Ordinarii, possit per hunc conferri stante illius vacatura in mense Pontificio? Ratio dubitandi, ac negativam tenendi, est: quia Pontifex Beneficia in mensibus Apostolicis, quocunque modo vacatura (ut loquitur Regula nona cancellariae) suae dispositioni reservat: atqui Beneficium nondum collatum, aliquo modo vacat in mense Apostolico: ergo. Verum hoc non obstat.

Resp. breviter Episcopus, vel alius Collator inferior, non amittit jus conferendi Beneficium in suo mense vacans, etiam si istud mense non contulerit, & sic vacatio ejus duraverit in mensem Apostolicum: neque prohibetur idem Collator inferior, ejusmodi beneficium conferre currente ipsomet mense Apostolico. Ita Gonzalez ad Reg. 8. Cancellarii. gloss. II. d. nu. 47. usque ad n. 78. rursus hanc quaestionem examinas. Garcias part. 5. de Benefic. cap. I. n. 537. allerens, ut sine dubio tenendum esse Engel h. r. n. 26. vers. illud quoque, & alii.

Ratio est: quia ad inducendam, vel non inducendam reservationem beneficium, attenditur solummodo initium vacationis; non autem tempus, quod duravit, atque continuata fuit vacatio beneficium: juxta Rotam Decis. 774. n. 3. & 10. lib. 3. part. 3. Divers. quam refert Gonzalez lo. cit. n. 66. sive cessat ratio dubitandi. Et haec fuisse mentem, atque intentionem Papae ex eo desumitur: quia Pontifex concedit collatoribus ordinariis, pura Episcopis, quatuor vel sex menses, quatenus beneficia extra Curiam in eisdem vacatura liberè conferre valeant: atqui liberè non possent conferre, si architectarentur ea conferre primo mense vacationis. Quinimò talis facultas conferendi feret propemodum inutilis; praesertim quando ultimam die, vel horam mensis, per obitum prioris possessoris inciperet vacatura Beneficii. Accedit, quod Collator inferior habeat sex menses ad conferendum, c. Nulla. 2. de Concession. Praebend. cum concordantibus: atqui hoc non subliteret, si beneficium in mense ordinario vacans, amplius conferri non posset in mense Apostolico sequente; ergo. Tacetur similia: nam res caret difficultate; adeò, ut Gonzalez lo. cit. n. 77. subjunxerit, se nunquam vidisse in Rota, nec audivisse disputari de simili casu, licet quotidie contingat.

- 511 Quæritur V. Quis censetur Intrusus in beneficio, qualeque sint effectus intrusionis? Ubi recurrendum ex dictis quod in Regulis Cancellariae binâ vice fiat mentio de Intrusis. Primò, in Reg. 29. De subrogandis Colligantibus, inscripta, illis verbis: Dummodò prædictis colligantibus in dicto beneficio intrusus non fuerit. Secundò, in Reg. 36. de Trienniali, inscripta, ibi: Dummodò in beneficio hujusmodi, si dispositioni Apostolica ex reservatione generali in Corpore Juris clausa reservata fuerint, si non intruserint &c. Quo prænotato.
- 512 Resp. II. Intrusus in beneficio, de Jure communi potest quis dici variis modis: adeò, ut Fagnanus c. Nisi cum pridem. n. 27. & seqq. de Renunciat. citans alios, quatuor Intrusorum species distinguat: & Ludov. Gomezius in Reg. de Trienniali possessore; quæst. 41. post Geminianum in can. Propriet. dist. 19. alterat, quòd Intrusus in Jure capiatur quinque modis. Alii verò, ut Felinus c. In nostra. n. 10. de Rescript. & c. Veniens. Notab. 2. de Accusatione. Joannes de Selva Tractatum tom. 15. de Beneficio, part. 3. q. 11. n. 10. & 11. Rebuffus in Praxi Benefic. tit. Regula, de Subrogand. Colligant. glossa. cap. n. 4. usque ad num. 22. & Azorius part. 2. lib. 7. cap. 35. quæst. 10. octo modos Intrusorum enumerat.
- 513 Resp. II. Generatim loquendo, Intrusus in beneficio dicitur ille, qui obtinet beneficium Ecclesiasticum sine autoritate illius, ad quem de jure spectat collatio. Ita Abbas c. Quia diversitatem. n. 2. de Concession. Præbend. Gomez, Rebuffus, alii que ibi supra. Sive, Intrusus proprie dicitur, qui præter autoritatem Superioris, ad quem pertinet collatio, Beneficium est ingressus. Fagnanus c. Quia diversitatem. in 6. & Barbosa n. 4. de Concession. Præbend. juncto textu ibidem: Præter ejus auctoritatem intruderetur: estque in re communis. Atque talis appellatur Intrusus: quia non intravit per officium, sed aliunde ascendit, & quasi violentè in beneficium se injectit; sive per alios non habentes potestatem ad id injectus, siveque intrusus fuit. Unde indignus est, Pastoris nomine, vel Prærogativâ gaudere, c. Relatum. q. 21. de Jure patronat. cum concordantibus in progressu allegandis: potestque excommunicationis sententiâ feriri, c. Ex frequentibus. 3. de Institut.
- 514 Porro talis injectio, seu intrusio in beneficium sine autoritate habentis legitimam potestatem conferendi, potest variis modis contingere; hincque non mirum, quòd diversos Intrusionis modos Doctores distinxerint. Sic imprimis censentur Intrusi, qui propriâ autoritate sese ingerunt beneficio Ecclesiastico: ut est textus notabilis in c. Ad aures. 3. de Excessib. Prælat. ibi: Ad aures nostras pervenit, quòd quidam Archidiaconi tui in Ecclesias, que in suis Archidiaconatibus vacant, autoritate propria intrudere non verentur. Concordat c. Quia diversitatem. 5. de Concession. Præbend. tibi coram Papa conquereretur Archiepiscopus quidam, quòd tempore suspensionis ipsius, & postmodum etiam quidam præter ejus auctoritatem se intruserunt in ipsas Ecclesias, in quibus collatio ad ipsum pertinebat. Unde Papa mandavit, quatenus illi, qui ejusmodi Ecclesias, vel Præbendas, præter dicti Archiepiscopi auctoritatem acceperunt, ad eas resignandas, mentione præmissâ, per excommunicationis sententiâ, & subtractionem aliorum beneficiorum compellantur.
- 515 Deinde idipsum est dicendum in eo casu, quo Clerici non solâ suâ, sed Principis sæcularis, vel consanguineorum suorum autoritate, præter auctoritatem Superioris conferre valentis, Beneficium occupant, atque recipiunt. Nam etiam ta-

les censentur Intrusi: hoc ipso, quòd obtinuerint Beneficium à non habente potestatem illud conferendi, sive non intraverint per officium aperiens officium, sive Superiore legitimam conferendi potestatem habente; sed aliunde ascenderint, atque ingessi fuerint. Gomez, & alii, ubi supra. Abbas cap. 2. num. 4. de Restitut. in integr. ilicò subjungens post Innocentium in c. Qualiter. il. 2. de Accusatione. & Archidiaconum can. Alienationes. 12. q. 2. quòd gesta per Intrusum non valeant, quantumcumque dicatur toleratus: quia in Intruso non habet locum tolerantia, ex quo non habuit ingressum ab habente potestatem. Hæc Abbas.

Quinimò Clerici illi, qui à Laicis recipiunt beneficia Ecclesiastica, subjacent pœnæ suspensionis, atque excommunicationis, ipsis infligendæ, can. Si quis deinceps. & can. Quoniam. 16. q. 7. & c. Præterea quia. 4. de Jure patronat. Et si perstitit in retinendis Beneficiis taliter acquisitis, etiam à ministerio Ecclesiastico, & Ordine sunt deponendi, can. Si quis Episcopus. & seqq. 61. q. 7. & c. Præterea quia. de Jure patronat. Simulque consentiendo electioni de se factæ per abusum Potestatis Laicalis, puta, Principis sæcularis, sunt ineligibiles; adeò, ut absque dispensatione prævia ad aliquam nequeant eligi Dignitate, c. Quisquis. 43. de Electione. atque rursus dicitur infra Tit. 7. De Institutionibus. §. 2. n. 35.

Tertiò vel maximè dicitur Intrusus, quisquis vi occupat Beneficium. Quinimò talis non solum dicitur Intrusus in beneficio, sed etiam Invasor ipsius, per textum expressum in c. Eum qui. 18. de Præbend. in 6. Ubi proinde, ad refræandam saltem pœnæ formidinem tantæ temeritatis audaciam, §. fin. statuitur, ut violenti, qui auctoritate (vel potius temeritate) propriâ occupare Dignitates, Personatus, aut alia quocumque Ecclesiastica beneficia non verentur -- eo ipso jus, si quod in Dignitatibus, Personatibus, & Beneficiis occupatis taliter, vel ad ea ipsi forsitan (per nominationem, presentationem, aut electionem de ipsorum persona factam) competebat, amittunt. Simile quid habetur can. Ordinationes. 9. q. 1. ibi: Qui Catholicorum Episcoporum Sedes invaserunt &c.

Quartò, & generaliter, Intrusi in beneficio censentur omnes illi, qui recipiunt, atque occupant beneficium, non habentes ullum titulum verum, vel coloratum respectu illius. Gomez, Jo. de Selva, Rebuffus, Azorius, ubi supra, cum aliis. Et additur, generaliter: nam iste modus intrusionis est generalis, & continet sub se plures alios. Sic quippe præter illos, qui Beneficia occupare præsumunt absque autoritate valentis ea conferre, atque hoc ipso carent omni titulo (de quibus proxime dictum) in c. Cum jam dudum. 18. §. 1. h. t. arguitur quis Intrusionis, eò quòd post præhabitas plures Dignitates, contra Lateranensis Concilii Statuta, ad obtinendam quandam Præposituram se ingesserit. Licet enim intervenisset ibidem auctoritas Superioris, hæc tamen malè intervenerat, siquæ defuerat omnis titulus verus, atque coloratus; cum talis ingessio in Præposituram, clarè repugnaverit Constitutioni Concilii Generalis, contra quod inferior Papâ dispensare non potuit.

Similiter Intrusus dicitur, qui à Superiore publicè excommunicato suspensus ab Officio, aut aliâ potestatem conferendi notoriè privato beneficium adeptus est, illudque recepit; juxta textum in cap. ult. de Excessib. Prælat. Gomez cit. quæst. 47. vers. Quartò. Rebuffus, ubi supra, n. 12. & alii. Idem dicendum de illis, quibus beneficia collata sunt per Schismaticos, cap. 1. de Schismaticis. Fagnanus c. Nisi cum

- 510 Pari quoque ratione Intrusus censetur, qui scienter recepit beneficium, quòd alteri fuit injustè ablatum: tunc enim in conferente desuit potestas. Gomez, Rebuffus. n. 11. Jo. de Selva, Azorius, ubi supra, & alii, iuxta probantes ex cit. cap. ult. de Excessib. Prælat. istud alium intellectum. Quòd si verò ignoranter id accidisset, nesciendo videlicet injustitiam factæ per Superiorem privationis, tunc quidem recipiens ejusmodi beneficium, alteri injustè ablatum, excusatur à vitio intrusionis, ratione ignorantie, bonæque fidei suæ, nihilominus cogniti rei veritate, atque injustitiâ privationis, teneretur illud dimittere, ut restitui possit priori legitimo possessori.
- 521 Dicitur etiam ille Intrusus, qui Beneficium adhuc retinet, postquam ab isto canonicè amotus fuit, per privationis, vel depositionis sententiâ, à qua non appellavit, siveque sententia illa transeat in rem judicatam: sicut, si appellasset. Innocentius in c. Qualiter. n. 2. n. 10. de Accusatione. Abbas c. Cum jam dudum. n. 4. de Præbend. Card. Tufchus Litt. I. Concl. 542. n. 2. Gomez, alique superius allegati. Quia, ut inquit Fagnanus lo. cit. n. 45. post Petrum Brixiansem in Repertor. §. Intrusus. paria sunt, intrudere se in beneficium; & retinere beneficium, quo aliquis canonicè est privatus.
- 522 Tandem dantur nonnulli casus, in quibus potest quis largè dici Intrusus, seu quasi intrusus. Sic largè sumpto vocabulo potest dici Intrusus, qui licet autoritate legitimi Superioris fuerit positus in beneficium, habet tamen vitium, propter quod eodem deberet privari: prout in c. Veniens. 15. §. 1. de Accusatione. de quodam Episcopo legitur, quòd cum esset filius Sacerdotis, in Ecclesiam fuerat Prag. intrusus.
- 523 Ulterius, si quis commisit crimen dignum depositione, potest dici largè intrusus. Glossa in c. Cum super. 4. §. Restituendum. de causa possess. & propriet. asserens, quòd talis quasi intrusus est. Joann. de Selva, ubi supra, n. 11. Rebuffus. n. 14. Azorius. Qui tamen posteriores de hoc dubitant, neque istum intrusionis modum admittunt, nisi quis admisisset crimen, propter quod fuisse ipso jure privatus, veluti hæresim, simoniam &c. Alioquin (iniquum) habet quis titulum, donec beneficium privetur.
- 524 Huc accedit, atque intrusus dicitur, qui post electionem, sed ante confirmationem (extra casus à Jure permissos) beneficium administrare præsumpsit, arg. c. Cum jam dudum. 18. h. t. & notat Abbas ibid. n. 3. & 4. Passerinus de Electione, cap. 33. n. 16. Rebuffus cit. gloss. 4. n. 7. Joann. de Selva d. quæst. 11. n. 11. & alii. Talis etenim ipso jure privatus est beneficium sic administrato, c. Avaritia. 5. de Electione. in 6. estque amplius declaratum supra Lib. I. Tit. 6. de Electione. §. 2. n. 36. & seqq.
- 525 Et multò magis dicitur Intrusus, qui sine electione canonica, puta, celebrata à minori parte Capituli, ingerit se Beneficio, Card. Tufchus Litt. I. Concl. 342. n. 6. post Joann. de Imola Constil. 132. n. 7. Aut, qui non obtenta confirmatione à Superiore, ex sola electione capit possessionem Beneficii, ad quod fuit electus. Card. Tufchus cit. Concl. 242. n. 5. post Imolam d. n. 7. Tacetur nonnulli alii Intrusionis modi apud Auctores hæctenus citatos reperti, qui tamen commode ad unum præmissorum reduci possunt: nunc quantum attinet alteram partem propositionis quæstionis.

Resp. III. Quoad effectum Regulæ 36. Can. 526 Cancellariae de Trienniali inscriptæ, à lummodò veniunt veri, & propriè intrusi: id est, qui vel nullum habent titulum verum, aut coloratum respectu beneficii occupati; vel istum non habent ab eo, qui potestatem conferendi habuit. Ita Gomez cit. Reg. De Trienniali. vers. Et ista omnia, allegans Stylum Curia, & observationes Rotæ, atque inde rejiciens contrariam sententiam quorundam, veluti minus intelligentium præfatum Stylum Curia. Accedit ratio: quia constitutio dictæ Regulæ est penalitatis; ergo hoc ipso non includuntur in ea omnes species intrusionis, de quibus Auctores mentionem fecerunt: sed solummodò veri, & propriè intrusi, c. Odiâ restringi. 15. de Reg. Jur. in 6. cum similibus. Et hæc ratio etiam urget quoad effectum Regulæ 29. Cancellariae, de Subrogandis colligantibus inscriptæ.

Resp. IV. Intrusio in beneficiis inter alios effectus etiam hunc habet, quòd Clericus scienter intrusum constituat malæ fidei possessorem: adeoque iste teneatur omninò cedere, vel potius recedere à beneficio, ejusque possessionem facti relinquere; fructusque Beneficii, utpote malè perceptos restituere. Ita Glossa in c. Nisi cum pridem. §. Sed duntaxat. de Renunciat. inter alias dicens: Satis possit hic dici, quòd intrusus omninò debet cedere, quia nec quantum ad opinionem, nec quantum ad veritatem, titulum habet. Idipsum tradit Abbas in cit. c. Nisi cum pridem. n. 6. & Baldus n. 1. & Fagnanus ibid. n. 27. 28. 40. & seqq. citans alios: cum hoc tamen dicerimus, ut si intrusio sit notoria, debeat, ac possit quis cedere absque alia Superioris licentia; si verò non sit notoria, requiratur ad hoc auctoritas Superioris. Concordat Card. Tufchus Litt. I. Concl. 342. n. 16. & in re communi.

Ratio Conclusionis clara est. Quia intrusi in beneficiis nullum habent titulum, virtute cujus possent retinere beneficium, quòd occuparunt, fructusque ipsius lucrari. Quinimò non intrantes per officium (hoc est, per canonicam institutionem, auctoritate legitimi Superioris factam) sed aliunde ascendentes, fures sunt, & latrones, Joan. cap. 10. & can. Ordinationes. 1. q. 1. Atque invasores, can. Ordinationes. 9. q. 1. ibi: Episcoporum Sedes invaserunt. Atqui ideò, quanto plus rem, sive beneficium per intrusionem occupatum detinent, tanto plus peccant, cap. ult. de Consecrat. Simulque fur semper est in mora restituendi. l. In re furiva. §. penult. ff. de Conditio. furt. Neque remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, juxta Reg. 4. Jur. in 6. & can. Si res aliena. 14. q. 6. Unde conseqvens est, intrusum in beneficio teneri ad cedendum, vel potius recedendum ab eo, atque ad restituendum fructus, utpote malè perceptos. Verùm de restitutione talium fructuum plura superius Lib. 2. Tit. 13. §. 5. n. 117. & seqq. & n. 124.

Resp. V. Alius intrusionis effectus est, quòd in impetratione Rescripti ad beneficia debeat fieri mentio de præcedenti intrusione, atque illicita ejus possessione: alioquin Rescriptum desuper obtentum non valet. Ita Glossa c. Eum qui §. Obinebat. vers. Et eadem ratione. h. t. in 6. Abbas in c. Cum jam dudum. n. 3. h. t. ubi ex textu illius Capituli, quòd intrudens se in beneficium, foris auctoritate Principis sæcularis, & postea impetrans illud à Papa, non factâ mentione de intrusione, est repellendus; talis enim promotio fuit subreptitia: nam si Papa scivisset, de facili sibi non providisset propter ambitionis vitium: & quasi ingessit se administrationi ante omnem provisionem &c. Idipsum, atque ob eandem rationem, tradit Jo. de Selva cit. tract. de Beneficio, part. 3. quæst. 11. n. 7. cum aliis. Ratio est: quia impetrans Rescriptum debet